ESD I. 4. 1

fluuium non habebis., Verbum misit rex ad reum. beel. teem.
& samsai. scribas & ad reliquos qui erant in consilio eorum.
habitatores samariae & ceteris trans fluuium. salutem dicens
& pacem., Accusationem quam misistis ad nos. manifeste
lecta est coram me. & a me praeceptum est & recensuerunt.,
Inueneruntque quoniam ciuitas illa a diebus antiquis aduersum reges
rebellat. & seditiones & proelia concitantur in ea;, Nam & reges
fortissimi fuerunt in hierusalem. & qui & dominati sunt
omni regioni quae trans fluuium est., Tributum quoque & uectigal.
& reditus accipiebant., Nunc ergo audite sententiam. ut pro
hibeatis uiros illos; Et urbs illa non aedificetur. donec si forte
a me iussum fuerit., Videte ne neglegenter hoc impleatis.,
Et paulatim crescat malum contra reges., Itaque exemplum
edicti artaxersis. regis lectum est coram reum. beel.
teem. & samsai scriba. & consiliariis eorum., Et abierunt festini.
in hierusalem ad iudaeos. & prohibuerunt eos in brachio & robore.,
Tunc intermissum est opus domus domini in hierusalem. & non
fiebat. usque ad annum. secundum regni darii regis persarum., Pro
phetauerunt autem aggeus propheta & zacharias filius abdo
prophetantes ad iudaeos. qui erant in iudaea & hierusalem in
nomine dei israhel., Tunc surrexerunt zorobabel filius salathiel
& iosue filius iosedec. & coeperunt aedificare templum dei in hie
rusalem., Et cum eis prophetae dei adiuuantes eos.,

15346

License: cc-by-nc – Wien, Österreichische Nationalbibliothek, , 1.Esr 4,16-5,2 – Biblia
(https://fragmentarium.ms/view/page/F-knqo/3865/41135)